VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

nera. Mane autem facto duxit
eum ad excelsa baal, et intuitus
est extremam partem populi. Capi-
Dixitque ba- tulum 23m
laam ad balach: Edi-
fica michi hic septem aras, et
para totidem vitulos, eiusdem-
que numeri arietes. Cumque fecisset
iuxta sermonem balaam, inpo-
suerunt simul vitulum et arie-
tem super aram. Dixitque bala-
am ad balach: Sta paulisper
iuxta holocaustum tuum, do-
nec vadam, si forte occurrat
michi dominus, et quodcumque im-
peravit loquar tibi. Cumque ab-
iisset velociter, occurrit illi deus.
Locutusque est ad eum balaam:
Septem inquit aras erexi,
et imposui vitulum et arietem
desuper. Dominus autem posuit
verbum in ore eius et ait:
Revertere ad balach et hec
loqueris. Reversusque invenit
balach iuxta holocaustum suum,
et omnes principes moabitarum,
assumptaque parabola sua ait:
De aram adduxit me ba-
lach rex moabitarum de mon-
tibus orientis. Veni inquit
et maledic iacob, propera et
detestare israel. Quomodo ma-
ledicam, cui non maledixit
dominus? Qua ratione detester
quem dominus non detestatur? De
summis silicibus videbo eum,
et de collibus considerabo illum.
Populus solus habitabit, et inter
gentes non reputabitur. Quis
dinumerare possit pulverem ia-
cob, et nosse numerum stirpis
israel? Moriatur anima mea mor-
te iustorum, et fiant novissima
mea horum similia. Dixitque

balach ad balaam: Quid
est hoc quod agis? Ut male-
diceres inimicis meis vocavi
te, et tu e contrario benedicis
eis. Cui ille respondit: Non ali-
ud possum loqui, nisi quod iusse-
rit dominus. Dixit ergo ba-
lach: Veni mecum in alterum
locum, unde partem israelis videas,
et totum videre non possis. Inde
maledicito ei. Cumque duxisset
eum in locum sublimem super ver-
ticem montis phasga, edifica-
vit balaam aras septem, et
impositis super vitulis et a-
rietibus dixit ad balach: Sta
hic iuxta holocaustum tuum, do-
nec ego pergam obvius. Cui cum
dominus occurrisset posuissetque verbum
in ore eius ait: Revertere
ad balach, et hec loqueris ei.
Reversus invenit eum stantem
iuxta holocaustum suum, et
principes moabitarum cum eo. Ad
quem balach: Quid inquit locutus
est dominus? At ille assumpta pa-
rabola sua ait: Sta balach et
ausculta, audi fili sephor.
Non est quasi homo ut mentiatur,
nec ut filius hominis ut mutetur.
Dixit ergo et non faciet? Lo-
cutus est, et non implebit? Ad
benedicendum adductus sum, be-
nedictionem prohibere non valeo. Non
est ydolum in iacob, nec videtur
simulachrum in israel. Dominus deus
eius cum eo est, et clangor vic-
torie regis in illo. Dominus
eduxit eum de egipto, cuius
fortitudo similis est rinoceron-
tis. Non est augurium in iacob
nec divinatio in israel. Tem-
poribus suis dicetur iacob et
israeli quid operatus sit deus